



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

54. An Summus Pontifex possit concedere, ut sæpius in die Eucharistia  
sumatur? Et an eodem die sæpius communicare non sit pohibitum jure  
divino? Et an in aliquo casu, non obstante Ecclesiastica ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

# In ordine ad Sacraenta. Ref. LIV. : 71

Sacramentum. Et perspicue Ioann. 6. *Nisi mandaueris carnem filij hominis, non habebitis vitam in eis*, que herba de reali susceptione huius Sacraenta, iuxta frequentem Partium expositionem, intelligenda esse supponimus.

5. Sed respondendum est, quod praeceptum communicandi in articulo mortis, non extenditur ad infantes: seu Ecclesia non tenetur ad dandum illis Sacramentum in articulo mortis; quia hoc Sacramentum non est medium necessarium infantibus ad salutem, sed Ecclesia tantum tenetur praedicatione articulo mortis, & conferendo iudicium, non vero omnia, quae possunt esse utilia: nam in his debet etiam ipsoorum Sacramentorum veneratio proficeri, ut statuit sacrum Concilium Tridentinum *sef. 21. cap. 2.* ergo cum hoc sacramentum Eucharistiae non sit necessarium necessitate medi parvulis ad salutem, & conferendo illud infantibus, non prospiceret Ecclesia veneratio diuinissimi huius Sacramenti, cum nulla actuali denotione illud parvuli sumerent: non teneat illis in articulo mortis conferre, sed hoc diuinum praeceptum. Tum quia in codem sacro Concilio *sef. 21. c. 4.* de doctrina, decernitur, parvulos via rationis carentes, nulla obligari necessitate ad sacramentalem Eucharistiam communione; siquidem per Baptismum Ianaecum regenerati, & Christo incorporati, adeptam iam filiorum Dei gratiam, in illa etate amittere non possunt, ergo in articulo mortis non tenetur Ecclesia parvulus Eucharistiae sacramentum conferre; siquidem infantes nulla obligantur necessitate ad sacramentalem Eucharistiae communione, vt inquit factum Concilium.

6. Nec obstant aduersus supradicta verba supernis allata Ioan. 6. *Nisi mandaueris carnem filij hominis, & bibenter eius sanguinem, non habebitis viam in eis*; ergo cum praeceptum hoc Domini sit uniusversum latum, parvulos obstringet in articulo mortis. Respondetur, infantes contineri in illo praecepto, si de spirituali susceptione verba illa intelligentur; non autem, si de sacramentali Eucharistiae communione: ad hoc enim infantes non tenentur, sed ad spiritualiter communicandos; & hoc sufficit ad salutem pro parvulis, quia vndeque fidelium corporis, & sanguinis Domini particeps sit, feliciter spiritualiter, quando in Baptismate membrum corporis Christi efficitur: at vero, quando iam pueri incepient aliqualem vsum rationis habere, vt possint denotionem concepire huius Sacramenti, tunc potest eiis hoc Sacramentum conferri: ergo, &c. Patet igitur ex supradictis posse Pontificem facultatem praebere, vt infantes communicentur, hoc autem non expedire, neque etiam in articulo mortis.

7. Verum ex oranib. supradictis oritur curiosum dubium, an si infantes easu inuenirent hostiam, vel vinum consecratum, & ex gola, vel leuis & uitare puerili facias species sumerent, acciperentur in me gratiam sacramentalem? Cardinalis Lugo de sacrament. Eucharist. *diss. 3. sect. 2. num. 23.* affirmitur respondere: Propterea, an ipse aliqui etiam Theologi gradus in Hispania responderunt, quia in illis nulla intentio praefens, vel praterita defederatur, sed sola Christi institutus hoc Sacramentum, & solum exigentis voluntatem, & intentionem ab his, qui capaces sunt, vel fuerunt eam habendi: non ergo appetere, ut Sacramentum in illis sum effectuum vere non operetur. Et hanc sententiam praeter Lugum, tener nouissime Pater Auctora de sacrament. Eucharist. *q. 8. sect. 1.*

## RESOL. LIV.

An summus Pontifex possit concedere, vt sapientia in die Eucharistia sumatur.

Et an eodem die sapientia communicare non sit prohibitum iure divino.

Et an in aliquo casu, non obstante Ecclesiastica prohibitory, possit quis sumere Eucharistiam bis in die, & Sacerdos duas Missas celebrare.

Et an Cardinals in Missa Papali Nativitatis Domini sumens Eucharistiam e manu Pontificis possit ante, vel postea dicere saltem duas Missas.

Idem dicendum est de Canonico Baslica D. Petri, qui in die Nativitatis Domini cantat Euangelium in Missa, & sumit Eucharistiam a Sacerdote celebrante.

Et an alii Sacerdotes non possint ex ira Missam bis, aut ter communicare in illa die Nativitatis Domini? Ex part. 8. tract. 1. Ref. 87.

§. 1. Suppono cum Ochagavia de Sacram tr. 2.

*de Eucharist. effect. & us. q. 16. numer. 6.*

Preposito in 3. part. q. 83. art. 2. d. 3. num 134. & alius, eodem die sapientia communicare, non esse

prohibitum iure diuino, quia non nobis constat tale ius. Sine dubio tamen est prohibitum iure Ecclesiastico laicos eo ipso, quod Sacerdotibus

principio.

praeceperit, cap. consuisti, de celebrazione Missarum, & canon. sufficit, de Consecratio. distinet. 1. ne plus, quam lemel in die celebrant. Vt iba canonis haec sunt: Sufficit Sacerdoti vnam Missam in die via celebrare. Ratio praedicti canonis, quae generaliter nostrum propositum concludit, haec est: quia Christus semel tantum mortuus est, & ideo Sacerdos, qui in suo sacrificio efficit commemorationem Passus Christi, semel tantum debet celebrare. Quae ratio etiam currit in communione latecorum, in qua commemoratur Passus Christi secundum Paulum 1, ad Cor. 11. nihilominus in cap. consuisti, permititur, in die natalis tres Missas celebrare, & cum quis prepositus est duobus Ecclesiis, duas Missas celebrare in die Dominica, & aliis festis; Laicos vero non conceditur, vt bis in eodem die communicent.

2. Et idem Hurtadus de Sacram. disp. 9. de Euchar. diff. 22. sic ait: Suffit non solum non esse conueniens, sed etiam iure Ecclesiastico prohibitem Sacerdotibus, in eodem die plus quam semel celebrare, vt constat ex canon. sufficit, de Consecratio, qui est Alexandri II. & ex cap. consuisti, 3. de celebrazione Missarum. Et candem prohibitionem vnu Ecclesia extendendam esse ad laicos, ne in eodem die plus quam semel communicent. Permititur tamen Sacerdotibus in dict. cap. consuisti, vt in die Natalis Domini tres Missas celebrent; laicos vero nunquam permititur plus quam semel in die communicare. Ita ille, & communiter D.

3. Hoc supposito, respondendum est ad quæsumum posse Pontificem dispensare, vt quis sapientia sumat Eucharistiam, quia vt dictum est contrarium non iure diuino, sed Ecclesiastico prohibitum inuenitur. Ergo Pontifex, qui est supra ius Ecclesiasticum, ex iusta causa posset in hoc dispensare. Et idem obseruat Prepositus ubi supra, Leonem Papam septem, vel etiam nouem Missas in die celebrasse. Et Amicus tom. 7. diss. 33. sect. 11. n. 19. testatur, Paulum III. in Bulla edita anno 1549. concessisse Patribus Societatis in locis infidelium bis in die Missam celebrare. Et Cardinalis Lugo

de

LANE  
DINIA  
O. III. IV. V.  
E III

## 72 : Tract. I. De Potestate Pontificis

de sacram. Eucharist. disput. 20. scđ. 1. num. 43.  
testatur in Regno Valentiae ex dispensatione, &  
privilegio Pontificio in die 2. Nouembris Sacer-  
dotes bis celebantur.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 1.  
Ref. 91. per totam, & in aliis eius an-  
not. 4. Sed difficultas est, an in aliquo calu, non obstan-  
te Ecclesiastica proibitione, posset quis sumere  
Eucharistiam bis in die; & respondeo affirmatiuè,  
quoad Sacerdotes, nempe ex causa necessitatis; &  
idem in cap. consuisti, de celebrat. Missar. dicitur,  
Respondens quod, excepto die Nativitatis Domini-  
nicae, nisi causa necessitatis suadeat, sufficit Sacer-  
dos semel in die unam Missam solummodo cele-  
brare. Quia vero Pontifex illam necessitatem vte-  
rius non explicat, sed videat reliquissimè iudicio pru-  
dentis determinandam, varij Autoreis plures ca-  
sus congerunt, quibus licet sepius in die cele-  
brare, quos videte poteris apud Praepositorum loco  
cito.

Sup. hoc in fine §. 1. not.  
præterea, & in Refol. 92.  
tom. 2. tr. 1.  
inter principia, & me-  
diū, à vers.  
El caso, in aliis eius an-  
not. & ibi à principio di-  
cta. Ref. pro quibusdam que diebus serialibus contentis, à lin. 8. huius 5. Sed ego puto dictos casus difficulter in praxi accidere posse, vnu tantum communiter admittitur; quando idem Sacerdos habet duas Parochias in diversis pagis, vel oppidi, & propter paupertatem non potest habere adiutorem, tunc ut satisfaciat suis Parochianis, potest duas Missas eadem die celebrare. Hoc autem Suarez. diff. 80. scđ. 3, non limitat tantum ad dies festos, sed ad quo cumque dies feriales, modo frequentia populi, qui Missam audire cupit, sit mortaliter tantum pro ea debet celeb-  
cunda Missa celebrari. Ratio est, quia non solum debet Parochus prouidere suis Parochianis de Missa die festo ad præceptum Ecclesiasticum adimplendum, sed etiam de die seriali, ad devotionem populi augendam, ac promouendam. Addo autem in tali calu, præfertim si sunt dies festi, non solum licet, sed etiam obligari Parochum ad duas Missas cele-  
brandas, posse quod non possit aliunde illis de alio Sacerdote prouidere: quia cum ex iure habeat facultatem in tali calu duas Missas celebrandi; & ex alia parte ex iustitia teneatur suis Parochianis Missam procurare, si aliunde non poterit, ipse tunc tenebitur, ut huic debito satisfaciat, duas celebrare.

Quoad hoc in tom. 1. tr. 2. ex Ref. 38.  
lege Doctri-  
nam §. vii. &  
Ref. & 55. eius anot. 6. Sed quid dicendum? quoad laicos ego puto in duobus casibus possit bis in die Eucharistiam sumere. Et primus casus erit, quando imminet periculum aliquod irreverentiae ab aliquo inferendae Sacramento, & non esset alia via feruenda Sacra-  
mentum; ita Amicus ubi infra, Hurtadus, & Ochagavia ubi supra, & communiter Doctores.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 2.  
Ref. 73. ante  
medium, à  
vers. Sed pro. & in  
Refol. 74.  
75. & 81. §.  
Sed quia, &  
ibid. in tr. 1.  
ex Ref. 133.  
§. Sed si, &  
pro Parte  
Doctrina hu-  
ius, & duo  
sequentium  
§§. supra in  
Ref. 71. & in  
aliis eius  
not. 7. Secundus casus erit, quando quis manè com-  
municavit, & post prandium, verbi gratia, incidit in articulum mortis; tunc enim ad seruandum præ-  
ceptum diuinum de sumenda Eucharistia tempore  
mortis, potest secunda vice sumere in eadem die  
Eucharistiam. Et idem Hurtadus loco citato, sic asserit, Laicis nunquam permititur plus quam semel in  
die communicare, nisi quando necessarium sit iterum  
Eucharistiam sumere, ad impediadam iniuria-  
riam, aut irreverentiam Eucharistie inferendam, in  
manus infidelium veniat, vel ne incendatur, &  
ne quis decedat sine viatico, qui post communionem  
in sanitate, aut extra periculum factam incidit in  
eodem die in periculum mortis. Ita ille.

8. Sed circa hunc casum in surgunt aliqui, quos  
ego citau in part. 5. tract. 3. Refol. 33. & 42 quibus  
nunc addo Amicum. tom. 7. diff. 27. scđ. 2. n. 13.  
9. Sed affirmatiuè sententiam præter Hurtadum & alios, ubi supra à me adductos, tenet, me  
citat, Zambellius in repet. cas. conscient. verb. Eu-  
charistia. 20. ubi admitit quod Eucharistiam po-  
test sumere pro viatico, quis post prandium, ca-  
dens in periculum mortis, etiam quod eodem man-

illam sumperit ob deuotionem. Et ex Societate Iesu hanc sententiam admittit nouissime Pater Escobar in resolut. moral. tract. 7. exam. 6. c. 5. n. 62. ubi sic agit. Mane communicauit valens, aut sacram facit, & a prandio incidit in mortis periculum? Po-  
tent iterum communicare conformiter sententia afflenti per priorem illam communionem non esse præcepto diuino communicandi in articulo mortis satisfactum. Ita Hurtado; vberius tamen Christophorus Gasius ex nostra Societate Mitim-  
ensis, cuius opera moralia egregia quidem nor-  
iam iam lucem alpiciunt. Ita ille. Et idem hæc opinio prædicta cum P. Claudio Aquauia Gene-  
rali Societatis Iesu, vt testatur Hurtadus, & Ami-  
cus; & testati sunt mihi P. Terentius Alciatus, &  
P. Torquatus de Cupis, viii doctri, & amicissimi, cum P. Albrio Sanctissimi D. N. Concionatore  
egregio, qui etiam hoc factum fuisse cum alio Pa-  
tie hic Romæ testatus est. Idem factum fuit Papo-  
ri in Domo Professa, vt ego scio, & bis Macti-  
tela Hurtadus. Vnde cum hæc opinio sit vali-  
dissimum rationibus fulcita, & sapientissimum  
viuorum auctoritate vallata, & in religiosissima,  
& doctissima Societate Iesu in praxi posita; nescio  
quare non sit confusa: & prædicta ad solamen,  
& adiutorium infirmorum, qui in illo articulo mortis egent spirituali adiutorio, & confola-  
tioni tantu Sacramenti.

10. Nota tamen, quod licet Amicus nostram sen-  
tentiam non reneat, illam tamen admittit diff. 29.  
scđ. 4. num. 37. in calu sequenti, vt si nimis quis  
mane communicavit, & vespeli incidit in articulum  
mortis, & habeat conscientiam peccati mortalismi,  
nec adit copia Confessarii, cui possit illud confi-  
teri, adit tamen Diaconus, qui possit illi Eucha-  
ristiam ministrare, vt saltem per susceptionem huius  
Sacramenti fiat de attrito contritus. Et reddit ratio-  
nem, quoniam in eo eventu iterata communio  
cerferetur maximè ad salutem necessaria nam sati-  
probabile fore, quod talis cum communione salu-  
taverur, abique communione vero non salvare-  
tur, quia virtute Sacramenti fieri possit ex attrito  
contritus, quam contritionem sine Sacramento  
non allequeretur; & licet non sit certum, Eucha-  
ristiam in aliquo calu facere ex attrito ex attritu,  
sufficit vt sit probabile: nam etiam ad medi proba-  
bilis certior tenetur moribundus. Vnde citati  
Authores in hoc calu non negant, posse mori-  
bundum Eucharistiam iterare. Ita Amicus. Sed tu  
abfoliū in omni calu nostram sententiam tene.

11. At superest hæc apponere curiosam difficulta-  
tem, Cardinalis, in missa Papali Nativitatis, su-  
mens Eucharistiam è manus Pontificis, possit antea  
dicere saltem duas Missas? & negatius responderet  
Eminentissimus Lugo de Sacram. Euchar. diff. 20.  
scđ. 1. num. 43. ubi sic agit. Dubitatum fuit Romæ,  
vtrum Cardinalis, qui vir Diaconus ministrat Sum-  
mo Pontifici illa die in Missa solemnī, & communi-  
cabit sub utraque specie in eadem Missa, possit ipse  
(si Sacerdos sit) alias duas Missas priuatas celebra-  
re. Respondi, nullam Missam posse ipsum illa die  
ante, vel post illam communione celebrare. Ratio  
est, quia facultas solum est ad communicandum  
bis, aut ter in Missa seu facienda duo, aut tria  
facta per quod solum dispensatur in prohibitione  
celebrandi pluries non vero in prohibitione com-  
municandi bis in eadem die. Quare alij Sacerdotes  
non possent extra Missam bis, aut ter communi-  
care illa die, nec possent etiam semel communicare  
extra Missam, & rursus celebrare vnum, vel duo  
facta; quia obligatio communis non celebrandi ea  
die, quia communio accipitur extra Missam, non est  
ablatu

Sup. hoc in  
tom. 1. tr. 1.  
Ref. 96. & ex  
Ref. 19. legge  
doctrinam  
§. sed. & in  
tom. 4. tr. 8.  
Ref. 94.

# In ordine ad Sacraenta. Ref. LV. &c. 73

ablatu*vñquam pro illa die.* Cū ergo cardinali*in illa Missa accipias communionem, non vt Sacerdos, nec celebens, non potest eadem die sacrificare nisi Pontifex peculiariter cum eo dispenset.* In hoc enim non est concessa facultas pro illa die, sed solum ad communicandum plures celebrando, non ad communicandum plures quotidianum; prout tunc fieret, si semel, aut bis in documentu; prout tunc fieret, si semel, aut bis in Missa, & semel extra missam communicaret. Ita in Cardinalis de Lugo, cui ego adhæro; & idem dicendum est de Canonico Basilice D. Petri, qui in die Nativitatis canit Euangeliū in Missa, & sumit Eucharistiam à Sacerdote celebrante.

## RESOL. LV.

An Pontifex possit dispensare, vt Sacerdos celebret, vel laicus sumat Eucharistiam non ieiunus? Et an aliquibus casibus licitum sit sumere Eucharistiam fructu ieiunio? Et singulo quoque anno Pontifex dispenset in ieiunio sicut cum Cardinali, qui celebret coram eo in nocte Nativitatis Domini, vel an pro illa nocte in eius Capella Pontifex anticipet diem naturalem? Et quid Veneris de Principe S. Marci ante medianam noctem in illa die celebrante? Ex part. 8. tract. 1. Refol. 89.

§.1. Videlicet negatiū respondendum; nam praeceptum de sumenda Eucharistia cum ieiunio naturali, esse praeceptum Christi, putauit Sor. in 4. diff. 1. ques. 5. art. 8. & probabile putauit Scotus diff. 8. ques. 3. & Gabriel lett. 10. Sed esse praeceptum initium ab Ecclesia omnino dicendum est, & Part ex Concilio Carthaginensi III. can. 29. Toletano VII. can. 2. Trullano VI. Synodi can. 29. & ex Concilio generali Constantiensi sess. 13. in initia. Et licet praedicta Concilia exprimant solos Sacerdotes celebrantes, Ecclesiastica tamen consuetudo declarat, illud praeceptum omnes fideles comunicantes comprehendit, prout eam obligacionem, & consuetudinem declararunt, & approbavere Patres in Concilio Constantiensi sess. 19. paulo post principium, scilicet in nomine sancta, & individua Trinitatis; his verbis: Sacrorum Canonum auctoritas laudabilis, & approbata, cōsuetudo Ecclesia servauit & seruat, quod huiusmodi Sacramentum non debet confici post cenam, nec à fidelibus recipi non ieiunis, nisi in calu infirmatis, aut alterius necessitatis à iure, vel Ecclesia concessio, vel admisso, quod definit tanquam dogma contra eos qui errore contrarium assertere presumperint. Colligitur etiam ex dicto canon. 6. Concilij Matricensis III. eius uictima verba sunt haec: Quæcumque reliquiae sacerdotiorum post paraclita Missam in Sacrario superderint quartu, & sexta feria innocentes ab illo cunctis intercessu, ad Ecclesiam adducantur, & indistincte ieiunio, eagere reliquias conspersas vino recipiant. Si ergo paruoli debeat esse ieiuniū ad communicandum, a fortiori erat præceptum ieiunij pro adultis.

2. Hoc supposito, respondet Amicus tom. 7. diff. 27. sess. 3. n. 29. hoc præceptum non esse absolute, & simpliciter indisponibile, cum eadem Ecclesia, quæ illud condidit, tollere, vel dispensare possit. Et de facto aliquando dispensavit, id est, ut habetur in Concilio Carthaginensi III. in primitiva Ecclesia quinque fecit Hebdomadæ sanctæ, ob singularem memoriā Coram Domini, & Sacerdotes celebrabant, & fideles communicabant cenati, quem mo-

rem seruatum sunt aliquandiu in nonnullis priuatis Ecclesiis, testatur Augustinus Epistola. 1. 18. ad Iuvarium. Et singulo quoque anno Pontifex dicitur, hoc ieiunio penitus latenter cum Cardinali qui celebret in tom. 2. tr. 3. nocte Nativitatis, ut sentit Pasqualigus.

Refol. 12. §. 3. Vnde verba illa apposita in die 24. Decembris sum in alio

in ordine recitandi diuinum Officium imprelio Romanum hoc anno 645. apud Dominicum Marciatum, not.

videlicet, Missa huic, sacratissimæ nocti debet celebrari post medium noctem; aliter Sacerdos non celebraret ieiunus. Celebratur ante medianam noctem ex privilegio, vel legitima consuetudine non dispensatur in ieiunio necessario ad Missam id est,

à prisiana nocte, & neque in Missa vigiliæ sumat purificationem. Hæc ibi, hæc, inquam, verba sunt nimis manca, & truncata maxime cum liber ille sit impressus Roma. Nam, vt pater omnibus, Emi-

nentissimus Cardinalis, qui coram Pontifice celebret in nocte Nativitatis, in Missa vigiliæ sumit

Purificationem, & laute, si vult, manè comedit, ut notum est. Ergo verba supradicta intelligenda sunt de aliis hoc prærogative gaudentibus, vt nimis

possint in vigila Nativitatis dicere Missam ante medianam noctem; nam concedo debere esse ieiunios.

Sup. hoc P. micerio in tom. 2. tr. 32. Refol. 11. §. Nota vero. inter principia, & medium, cui sim in vers. Sed hæc doctrina

4. Non definiat tamen hæc adnotare etiam in aliquibus casibus licitum esse sumere Eucharistiam fructu ieiunio, de quibus signillat agit Marchinus de sacramentis Ordinis, tract. 3. part. 3. cap. 3. num. 10. & seq.

## RESOL. LVI.

An Pontifex possit dispensare, vt laici, vel etiam feminæ in articulo mortis ministrarent Sacramentum Eucharistia sibi, & aliis?

Et an purus laicus, & etiam famina non egat dispensatione ut possit ministrare hoc Sacramentum infirmo, aut fibimet in articulo mortis?

Et an peccat mortaliter laicus, qui in peccato mortaliter deficerit Eucharistiam ad infirmum ob extremam necessitatem illius?

Et ex supra dicta quæstione deducitur, an in casu necessitatis possit Sacerdos seipsum communicare?

Et quid devotionis causa, qualibet diei hora, modo sit ieiunis, & absit scandalum? Ex part. 8. tract. 1. Refol. 48.

§.1. Videlicet negatiū respondendum, cum minister huius Sacramentum sit Sacerdos, vt tom. 2. tr. 2. patet ex Apostol. 1. Corint. 4. Sic nos existimem ex doctrina homo, & ministros Christi, & dispensatores mystæ R. 68. Et superiorum Dei, & loquebatur de Sacerdotibus. Habetur in iure cap. peruenit, de consecr. diff. 2. Declara-

tum est in Tridentino una cum attestatione perpetua consuetudinis, & Apostolica traditionis sess. 13. cap. 8. Semper in Ecclesia Dei mos fuit, vt laici à Sacerdotibus communionem accepissent, Sacerdoties autem celebrantes se ipsis communicarent;

qui mos tanquam ex traditione Apostolica descendens, iure ac merito retineri debet. Dicique debet id fuisse institutum a Christo, quia sicut Sacerdotibus contulit potestatem conficiendi hoc Sacramentum, ita etiam commisit officium dispensandi. Et supponitur ab Ecclesia in Hymno corporis Christi cuius officium committi voluit solis Presbyteris,